



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 49. Navarræ Rex in suo Regno victor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Secul. XVI eidem fide, se valido præsidio munitum
A. C. 1512 a Gallorum classe ad Neapolis oram esse
 deferendum, eidemque promissum, quod
 simul ac Neapolis fines salutasset, pro-
 tinus a Regni Nobilibus in Regem pro-
 clamandus foret. Princeps ille harum
 pollicitationum amplitudine captus iter
 aggreditur, comitante eum Philippo Ca-
 polo, totius hujus fabulæ architecto. Ve-
 rum ambo, equis vix conscensis, capti
 abstrahuntur, ac paulo post Ferdinandus
 Princeps perpetui carceris; cœna multa-
 tus, ad Setabiense castrum abstrahitur:
 Capolus autem in quatuor partes discer-
 ptus, hoc supplicii genus mira animi con-
 stantia subiit.

§. XLIX.

Navarræ Rex in suo Regno victor.

Nihilominus Joannes Albretus, cum
 Albæ Dux jamjam usque ad
 S. Joannis Pedeportuensis oppidum
 processisset, in expugnandis præfati Du-
 cis propugnaculis, haud diuturniorem
 moram trahere constituit, unde recta co-
 pias suas per montes Pyrenæos, qui mi-
 nus accessu difficiles videbantur, copias
 suas eduxit, ac Burgium descendit, il-
 ludque oppidum tentato octo horarum
 assultu tandem vi cepit, desideratis mil-
 le suorum & amplius. Expugnata hac ci-
 vitate

vitae victoriæ cursum Milanum, Tassalam, Aurillum, Stellam, ac San-Caram usque extendit; quippe omnes hæc urbes, ubi Regem suum tam valido auxilio munitum cernebant, protinus Navarrense vexillum erigebant.

Sæcul. XVI.
A.C. 1512.

§. L.

Pampelona a Navarro cincta, obsidio soluta.

Interea Albæ Dux Navarrensum armorum successum edoctus, summa celebritate camporum patentium æquora occupavit, atque Pampelonam ingressus validum urbi præsidium imposuit, cunctosque, qui cum pristino Rege suo conspirare timebantur, urbe expulit, demum vero omnes suas copias urbis mœnibus admovit, ita tamen, ut extra tormentorum jactum collocatæ essent. Verum Navarræ Rex hac Ducis solertia nil territus, Pampelonam obsidere aggreditur, infaus-
Pet de Angl. ep. 509.
Marian. lib. 30. n. 64.

sto licet successu; quippe Decembri prope exacto, cum annona, quam non modo ipse advexerat, sed & Navarrenses clam suppeditabant, deficeret, exercitus jam tertia obsidionis die gravibus vexabatur molestiis: Equidem Rex tota virium contentione obsidionis labores urgebat, jamque mœnia tormentis quassata amplo hiatu patebant, & Galli unacum Navar-

Navar-